



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XLI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Domcapital
in Stendal Geld- und Getreidehebungen aus Ballerstedt, am 25. März
1278.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Johannes de Stegelyz, Johannes de Buc, Laicy et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o. V. ydus Augusti.

XLI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Domcapitel in Stendal Geld- und Getreidehebungen aus Ballersfeldt, am 25. März 1278.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, — de libera voluntate et consensu fratrum nostrorum ac heredum nostrorum Honorabilibus viris domino decano et capitulo ecclesie sancti Nicolai in Stendal vendidimus filiginis et ordeï septem choros et decem solidos denariorum in villa nostra Balrestede sitos pro nonaginta marcis stendalensis argenti, quemlibet chorum pro duodecim marcis argenti et decem solidis pro sex marcis argenti computando, proprietatis titulo perpetuo possidendos. Ut autem prefata emptio tam a nobis quam a nostris successoribus prelibato ecclesie inviolabiliter et perhenniter conseruetur, presentem paginam inde confectam sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Hanco de Irkesfleue et Johannes de Irkesfleue filius suus, Johannes de Crochere, Johannes de Stegelyz, Hermannus de Gardelege, Gerardus et Johannes de Kercow fratres, milites, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in Tangermunde, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXVIII^o, VIII^o kal. aprilis. Datum per manum domini Johannis de Brunefwich, nostre curie notarii.

XLII. Urkunde über einen dergleichen Verkauf aus dem Dorfe Klein Ballersfeldt, am 26. März 1278.

In Nomine sancte et Individue trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones brandenburgenses, — ecclesie sancti nicolai in stendal vendidimus septem choros filiginis et ordeï annuo soluentis et decem solidos denariorum in villa nostra videlicet paruo balrestede utrosque sitos, pro Nonaginta marcis Stendalensis argenti, quemlibet chorum pro duodecim marcis argenti computando, et decem solidos denariorum pro sex marcis similiter estimando, proprietatis titulo liberaliter et perpetuo possidendos. Ut autem prefata emptio etc. — testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: prepositus olricus ruppinenfis noster capellanus, Hanco de irkesfleue, Johannes de irkesfleue filius suus, Johannes de krochere, Johannes de Buc, Hinricus de stendal, Johannes de stegeliz, Hermannus de gardelege, Johannes et Gerardus de kercowe fratres, milites et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in tangermunde, anno dominice incarnationis Millefimo CC^o. LXXVIII^o. VII^o. kal. aprilis. Datum per manum Domini Johannis de brunefwic Curie nostre Notarii.

Das Original stimmt in den ausgelassenen Stellen mit der vorigen Urkunde überein.